6867
III

6867

Pięć listów fr. Crescentina z Patavii O. Cap. w sprawie Manuzzich, z r. 1787.

Nabytek z cesiów J. Korzeniowskiego (lub uczniowskiej)

Opracowano w r. 1935.

M. Mikołaj Manuzzi (+1809) ożenił się ok. r. 1773 z Jadwigą ze Strutyńskich 1° voto Ciechanowiecką, Kochanką Stanisława Augusta, za co dostał starostwo opeskie w pow. brasławskim. Zob. o nim rozprawę O. Hedemanna, Graf Manuzzi, Wilno 1935.

Admod. Rev. in Chto Dño me P. Guardiano.

Ea qua par est existimatione perlectis P.V.A.R. litteris, ut ejus nutus exequerer, non sequens hinc nitum, res ipsas compertas habere, quantum valui conatus sum. Didici enim ex diligenti perquisitione domum, aut Familiam Maruzzi nunquam fuisse inter Venetas Nobiles Patritias Maiori Consilio adscriptas, sed nec inter Nobiles Populares, et ut ajunt, Cives Originarios. Cognitor hujus Maruzzi (qui circiter 46. annos aetatis habet, et ut audio, in Lithuania degit) fuit Grammarum venditor, sed decoctis facultatibus ipsius Filii et Filiæ, Fratres et Sorores illius una Lithuani Spongi Comitissæ de Liechano vviecha, sunt tenuioris fortunæ, neque artem ullam exercent. Fertur eumdem magnificè incedere ubicumque, et Fratribus ac Sororibus suis Venetijs degentibus semper subsidia subministrasse, et conferre: an verò ex Grammarum lucrativo commercio, an verò ex occultis fontibus, quis scrutetur? Quomodo autem ad nuptias illius supramemoratæ Comitissæ pervenerit, prorsus ignoro. Mihi videtur hæc sufficere ad planam Casus expositi cognitionem capiendam, sed si ulterius necessaria sit Fides legalizata Baptismatis illius Citrovagi, mihi rescribat an pernecessaria sint, et ego maxima cum cautela conabor tempore opportuno illam transmittere, dum in Sacrificijs Vris semper, et plurimum mei ipsum commendans, immutabiliter, constare, et firmus omni cum observantia humiliter me subscribo

P.V. Adm. Rdæ

Venetijs die 17. Martij 1767.

In absentia Adm. R.P. Guard. ad Quadrag. Concion.

Vmillimus et Devinctiss.mus in Chto Servus

Fr. Crescentius a Padua Concion. et Vicarius Capuccin.

Adm Rndo in Chto Obssmo

P: Cajetano Dessin Prne et Custardiano

Ordinis Minorum Capuccinorum

PP. Capuccinis

Vienna-Austriae

Varsaviam

Rovdè in Christo Observand. Pater

Ad Epistolam Vestram examinatam ex commissione Adm. R.P. Provincialis, lubenti animo et celeri calamo responsum raddo, significans litteram argentarij ad solutionem pecuniæ ibidem signatæ à Messiaurs Rai K. Vschaminit recognitam et admissam fuisse, soluturo deinde cum eidem significatum fuerit pro gravi illare mihi commissa, de qua sperare licet, non fore inutiles instructiones à me datas Viro gravi, Deum timenti, Nobis multis de causis conjunctissimo, qui curam, diligentiamque omnem in rem illam perficiendam adhibebit. jam novimus Manuzzi baptizatos fuisse in Paraciali et Collegiata Ecclesia S. Stephani Presbyteri et Martyris, vernaculo Venato dicta = San Stin = Quare maxima cum cautela curabimus requisitam fidem illam extrahere, eamque post necessariam Cancellaria Patriarchalis recognitionem, et ibidem Venetiarum Scribæ publica auctoritate muniram, eadem directione, qua P.V.R. gratissima sua mihi præscripsit, transmittere celerrimè curabo. Idipsum Adm. Rovdo Pri Provinciali communicat una cum meis congratulationibus, et veneratione, properzi sui animi, sicut et Vestræ voluntati gratias agens pro significationibus humanitev oblatis cum omni reverentia et affectione nutui Vestro me offerens, plurimum Orationibus q. Dnum me commendans, immutabiliter maizum subsigno

P.V.R.

Venetijs die 14. Octobris 1787

Humillimus Servus

Fr. Crescentius a Padua Concionator

et Vicarius Cappuccinus

Reverendo ac Observantiss.mo Patri
Mariello Ordinis Capuccinorum Concionatori
in Regia Collegiata Varsaviensi
per Viennam
Varsaviæ

Rovde Pater Observandissime

Tandem maximo cum constanti labore superatis obstaculis obtinui testimoniales litteras Baptismales Manutiorum requisitas, scilicet illius qui in Lithuania Sponsam Comitissam sortitus, est; fratris ejusdem in Hispanijs commorantem, atque Genitoris eorumdem. Genitrix autem Venetiis vivit in Monasterio a Lithuano, ut dicitur, nutrita, atque Comitissa titulum exigit, ut fertur, respectu filij Comitis de Laichanowicha. Easdem itaque legalizatas ab Apostolico Legato, at a publico Venetiarum Scriba, Ordinario proximo hebdomadæ venturæ transmittam D. Muranowki Amico spirituali vestro, sed, ut sincere loquar, illi hortar, nam periculum imminet, ne detegatur, ac revelatur, Nos hac in re gravi Operam nostram posuisse ijs in obtinendis: Nihilominus præsumens de conscientia pura, circuita, atque prudenti et secreta Adm. R. Patris Provisi, Pris Vræ R., et Spectatissimor. illor. Benefactorum postulantium easdem recipient prout dixi, cum notula paucarum expensarum, requirendo nunc quid de pecunia reliqua agendum sit, quæ remanet ad dispositionem Perillustrium Benefactorum illorum, ad quorum Cambji litteras in manus Benefactoris nostri devenerunt. Testatur P.V.R. Adm. Rdo P. Provisi meum obsequium ac reverentiam, dum maiorem subsigno omni cum observantia itidem

Pris Vræ Rdæ

Venetijs 27. 8bris 1787.

Humillim. ac Devotiss.

Fr. Crescentius a Patavio Vicar. at Legion. Cmis

Revdo Obssmo Patri
Marcello Ordinis Minorum
Capuccinorum Concion.re in Regia
Varsavianzi Collegiata
per Viennam Varsaviæ

Reuda Observantiss.ma Pater

6

Ecce jam licet imponere finem exoptatum curis, postulationibus, atque co-
natui pro obtinendis testimonialibus litteris ab Adm. Rdo Provti vestro petitis,
quas P.V.R. transmitto. Hæc nonnisi officio tenaci apud Inzignes Personas obti-
nere valui, nam verentur omnes, ne aliquod periculum jijs immineat; si revelatur
operam posuisse in re, qua ut apparet circumvallata est periclis. Circumspe-
ctioni itaque sagaci omnia prospicienti; quæ eventura imminent Mantitio
Comitissæ Sponso; tam Adm. Rdi P. Provtis, quam P.V.R fidem habens, veri-
fiant eaydem litteras cum inviolabili secreto quod Capuccinorum opera pro jijs
extrahendis, adhibita sit; ne crimen, aut detrimentum gloriæ nostræ intrudatur.

Sufficient, authentica hæ litteræ Baptismales ad ostendendum genus Ma-
nuzzi, nam et Genitor illius fuit Aurifaber, vulgo Venato veneculo Oreseo pro-
ut perspicies in Baptismali testimonio ejusd. Genitoris ac duorum filiorum ejus
hic oculyos. Venatijs etenim ijdem sunt Aurifices, et argenti, ac gemmarum ven-
ditores, dum hæc omnia, ut plurimum, in scriniis Officinarum suarum exhibent
venalia. Expensarum notulam, cum adhuc non recaperim, venturo ordinario illam
transmittam, et Benefactores illi Spectatissimi, atque Colendissimi, qui per Cambij
litteras pecuniam transmisere disponant suo libitu, quid de residua agendum erit,
in jisdem fidem habens de arcano occultando, ac obruendo studij nostri, pro illij inser-
viendis hoc in negotio ~~cuiusvis~~ atque incerto, de quo aliquid ob quietem nostram
rescribere Nobis, non gravabitur P.V.R; cui cum Adm. R.P. Provti, et Fratri-
bus Benefactoribus illis obsequiosam et officiosam mentem, ac voluntatem
servans ad meliora, atque hisce latiora, majorum immutabiliter subsigno

Venatijs die 3. Novembr. 1757.

Vmus atque Devmus in Dno

Fr. Crescentius à Potentio Cae Vicar. Capuccin.

Reverendo atque Observandiss.mo

Patri Marcello Concionatori Ordinis

Minorum Capuccinorum in Regia Collegiata

Varsaviensi Per Viennam Varsaviæ

[illegible]

Revde Pater Observandme

8

Mandatis Admod. Revdi Pris Provincialis ac P.V.R. jam absolutis, suprenam manum impono in album referens impensam pecuniam pro re perficienda erogatam, atque residuum ejus, sic:

Expensarum summa fuit circiter Venetarum librarum —— £ 60:——
Remanent in manu Amici Nri Spiritualis, adhuc —— —— £. 184:——
Hae conficiunt summam denariorum per Cambium receptam —— £. 244. 16.

Disponant itaque Magnifici, ac Spectatissimi DD. isti quid agendum erit de reliquis £: 184——, dum ego operam dabo, ut iuxta arbitrium eorum impendantur.

In expectationem itaque necessariae pro ijsdem instructionis; transeo ad Officium debitae Observantiae DD. istis, P.A.R. Provti, ac V.P.R, mea subsignatione testimonium perhibens, pronum ad obsequia immutabiliter fore, corde simplici, ac sincero

Venetijs 10. Novembr. 1787.

Fr. Crescentius a Patavio Vicarius Capnus

Humillimus ac Devotissimus Servus.



9

Revdo ac Observandmo Patri

Marcello Ord. Minor. Capuccinorum

in Regia Varsaviensi Collegiata

Concionatori Viennam per Varsaviam

Bibl. Jag.